

Vlrico confinxit, proposuit et sicut prius instantissime procuravit dixitque, quod vellet viam aperire 15 concordie, que deberet pape, concilio, domino R. et multis placere, et tandem nullam aliam aperuit, nisi quod dominus Vlricus in effectu maneret archiepiscopus vel saltem coadiutor et totalis in temporalibus administrator, spiritualibus et modica pensione pro domino R. reservatis. Ad quod dominus R. noluit consentire, tum quia papa et omnes domini cardinales nolunt aliquem titulum domino Vlrico assignare in ecclesia Treuerensi, tum eciam quia malum videbatur sibi exemplum, quod spī- 20 ritualia in tam insigni ecclesia deberent a temporalibus separari, et nollet esse inicium talis novitatis; sed bene, si pars altera pro congruo statu sibi, scilicet domino Vlrico, aliquod castrum cum competentibus redditibus aut simile vellet reservare, pro bono pacis vellet rationabiliter consentire ad redimendum istam vexacionem tam ecclesie quam persone.

Videns itaque magister Nicolaus predictus, quod appropinquabat tempus reintroductionis sue et quod 25 relaxaciones et suspensiones sibi deficiunt, convertit astuciam suam ad viam annullandi processus, quos tanto tempore nullatenus redarguit et metipse consuluit observari. Porrexit supplicationem³), plura notorie falsa narrans et sibi ipsi, ubi de obedientia cleri loquitur, si bene advertitur, contradicens fingensque se pro clero agere, cum tamen magna pars cleri in civitate et dioceysi Treuerensi a pretensa appellacione recesserit et dominum R. pro archiepiscopo receperint et venerentur seque ob- 30 tinuerint restitui et absolvī⁴), ipse quoque N. et dominus suus Vlricus clerum obedientem cottidie persequantur, captivent, trucident, spolient et, quidquid molestie possunt, inferant incessanter.⁵) Totum autem et principale intentum suum est sub hac specie pretense nullitatis domino suo iterum redi- 35 mere tempus apostatice invasionis et tyrannice detencionis sue. Nec appellaciones, de quibus loquitur, fuerunt admittende, cum nullum in iure habuerint fundamentum et eciam per sedem apostolicam ex certa scientia sint cassate⁶); nec umquam est visum vel auditum prius in tali casu super provisione ecclesie particularis, sede apostolica non vacante, ad concilium appellari.

Nach Ausführungen über die Verfahrensweise des Konzils von Konstanz bei Appellationen in causis particularibus vor und nach der Absetzung Jobannis XXIII. weist die Narratio auf die Notwendigkeit hin, durch Druck auf die Untertanen einen Tyrannen wie Ulrich zu stürzen, wie es die Kirche schon früher mit gutem 40 Grunde dictante sancto spiritu getan habe. Unde illum modum redargueret, prout in supplicatione premissa innuitur, non est aliud, nisi potestatem et iurisdictionem ecclesie enervare et per consequens ad heresim declinare ... Quare pro parte domini Rabani archiepiscopi Treuerensis petitur humiliter et instanter dictam supplicationem per sacrum concilium non admitti, commissionem non fieri et primordiis tam suspectis et iniquis protraccionibus minime locum dari, quin pocius dictum magistrum 45 N. excommunicatum, interdictum, privatum et inhabilitatum repellere et pro tali haberere, reputari pariter et vitari, iusticia hec dictante, salva tamen in omnibus sacri concilii determinacione ac reverencia debita et condigna.

6 populus: populos 32 persequantur: persequuntur 47 salva: salvo.

1) Abgesehen von Nr. 80 kommen in erster Linie Nr. 105, Nr. 109 und Nr. 123 in Betracht.

2) Nr. 117.

3) Nr. 128.

4) Vgl. im einzelnen Meuthen a.a.O. 117–120.

5) Meuthen a.a.O. 120f.

6) Durch die Bullen von 1430 XI 7; s.o. Nr. 85 Anm. 2.

⟨nach 1432 Juli 14 / September 27 — vor Oktober 6.⟩

Nr. 136

Randpostillen ⟨Job Veners⟩ gegen die Supplik ⟨des NvK⟩ Nr. 128.

Reinschrift (Reinentwurf?): ROM, Bibl. Vat., Ottobon. lat. 2745 f. 10r–11r.

Druck: Heimpel, Vener Nr. 42.

Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 18f. Nr. 22 und 136f. (mit Auszügen).

Wie für das vorige Stück bildet die Erbittung der Supplikabschrift 1432 IX 27 (s.o. Nr. 134) mit der früheren Terminvariante wie bei Nr. 135 den terminus post quem. Möglicherweise waren die Postillen auch zur Vorlage am 6. Oktober bestimmt; vgl. die Fortsetzung der Narratio facti Nr. 168: contra quam suppli-

cacionem tunc plura scripta iuris et facti fuerunt in concilio producta, fuitque illa supplicatio in oppositum circa margines postillata. Jedenfalls hat Nr. 141 (vorgelegt 1432 X 6) Nr. 136 benutzt. — In f. 11 befindet sich ein Loch mit Siegelspuren f. 11^r. Dies spricht für Reinschrift, doch fehlt auch hier Brunets Vorlagebestätigung. Möglicherweise ist unser Exemplar aber ein Reinentwurf, der den in Basel weilenden Prokuratoren Rabans von diesem von zu Hause zugeschickt wurde.

Ut clare appareat, quod ista supplicatio tendit ad circumvencionem aliquorum reverendissimorum patrum in spiritu sancto pro generali concilio Basilee congregatorum factam, cause ignorancium, est sciendum, quod processus, de quibus infra, ante xviii menses fuerunt publicati et declaratio diu et plures propter bonum pacis suspensa nec ante declaracionem aliqua eorum nullitas vel exorbitancia 5 fuit detecta in spacio unius anni post eorum publicationem, sicut nec per dei graciā detegi potest vel poterit rationabiliter intuenti, ut infra clarius patebit, sed iste supplicans astute, nequiter et callidissime nunc videns alia sibi remedia pro redempcione temporis, quam semper quesivit, deficere, iterum domini sui nephandam Treuerensis ecclesie occupacionem sub hoc pallio nititur prolongare; nam ad suam importunam instanciam non solum ab inicio declaracio prolongata sepius fuit, sed eciam 10 post eius promulgacionem suspensa sacro concilio mediante. Quam suspensionem, dum finiebatur, protrahi et post finem innovari, precibus, minis et terroribus voluit, licet non potuerit, extorquere. Iam primum in aliis iuste se frustratum cernens, iactitat novum rete, sed ante oculos pennatorum¹⁾ fraudem suam et iniuriam deprehendencium, ut super aliquibus eius verbis postillatum videbitur hinc et inde sub litteris alphabeti.

15 Die insgesamt 36 Postillen wiederholen sich häufig. Im folgenden sind nur die wichtigeren aufgeführt (in Klammern die entsprechende Stelle der Supplik).

(Z. 2, iudicibus:) Ista causa est per sedem apostolicam dudum ex certa sciencia terminata et partim executa, penis per papam contra rebelles ipso facto promulgatis, et ulteriori execucioni in forma talibus opportuna commissa. Quomodo ergo nunc aliud tribunal queritur, nisi ut legitime facta ad protracti- 20 onem temporis inaniter cavillentur?

(Z. 9, suo tempore:) Tibi ipsi contradicis, qui cottidie instas, ut dominus R. numquam obedientiam habeat.

(Z. 10, accessorie:) Obedientiam facere prelato non est accessorium ad aliquod aliud precedens presupposita prelatura, que hic auctoritate apostolica irrefragabiliter habebatur.

25 (Z. 11, non advertens:) Ymo diu deliberans et examinans ac de iuris peritorum consilio procedens et eciam expertorum.

(Z. 14, mandatum:) Ymo mandatum apostolicum se extendit ad omne genus penarum, quod vide- 30 retur expedire. Hic autem non solum expediens, sed propter tyrannidem adverse partis notoriā, ut in detencióne cursoris apostolici et alterius nunci²⁾ ac manifesta prohibicione, ne aliique littore vel processus admitterentur, necessarium videbatur exaggerare penam, quod et post hoc docuit et cottidie docet eventus in detencióne, spoliacione, trucidacione et captivacione clericorum et nunciorum littorē eciam amicabiles deferencium ad partes illas.

(Z. 15, diocesim:) Excommunicatus in una ecclesia est ubique vitandus et pena non vitantibus imponenda, que hic propter enormitatem criminis fuit apposita eo maior, alioquin execucio nullius 35 esset momenti.

(Z. 16, Ex quo:) Si qui scandalizati sunt pro execucione iusticie, illis cum Christo dici potest: Sinite illos, quia ceci sunt et duces cecorum.³⁾ Non tamen verum est, quod ex hoc, scilicet fulminacione sentenciarum, simpliciter scandala sint orta, sed principaliter ex tyrannica intrusione et occupacione, que eciam apud ethnicos ... non esset aliqualiter tolleranda, cum sit mera invasio omni ca- 40 rentis tytulo et colore.

(Z. 16, in fide:) Extra Romanam et universalem ecclesiam non est fides, inquantum est virtus theologica. Videamus ergo in casu isto, quis sit fidelis aut scandalum in fide causans. Nonne certus

18 execucioni: execucionē.

1) Vgl. Prov. 1, 17.

2) Über die Festsetzung der Überbringer der gegen Ulrich gerichteten Mandate (u.a. des apostolischen Kursors Vogel), um deren Kundmachung in seinem Machtbereich zu verhindern, vgl. die Zusammenstellung bei Meuthen, Trierer Schisma 92, die Belege zu Vogel a.a.O. 293 und dazu jetzt noch oben Nr. 81 Z. 130ff. S. auch unten Nr. 141 Z. 196, Nr. 162 Z. 32f., Nr. 208 Z. 10 und Nr. 209 Z. 19f.

3) Matth. 15,14.

est modus et ordo in Romana et universalis ecclesia datus adipiscendi ecclesiasticas dignitates? Quem nisi quis servaverit, si aliunde ascenderit, utique non intrat per ostium, sed tamquam lupus rapax aut fur vel latro⁴⁾ est repellendus et merito in fide devius reputandus, presertim si pertinaciter se 45 defendat, ut fit in casu isto.

(Z. 18, exorbitanciis:) Cum iura antiqua et nova sint plena censuris istis ac eciam gravioribus frequenterque principes et magnates mandatis ecclesie rebelles arceantur, quomodo tu dicis hec exorbitancias inauditas?

(Z. 19, iuri:) Ymo secundum iura cum ratione maxime dictante sancto spiritu adinventa, nisi 50 tu cum Wicleff et Huß volueris censuram ecclesiasticam contempnere et enervare.

(Z. 20, latenter:) Cave, ne in te lateat ista secta, qui spensis Romane ecclesie auctoritatem!

(Z. 25, subtrahuntur:) Hic serpit virus nequam heretice pravitatis, que extinguere nititur ecclesiastica potestatem.

(Z. 28, huic rei:) Si ocupacionem domini tui rem hanc vocas, verum dicis, quia sua insaciabilis 55 ambicio ipsum et officialium aviditas in bonis ecclesie crassancium hanc rem preter omnem iusticiam induxerunt.

(Z. 29, opinantur:) Si de translacione loqueris, cuius execucio fit per processus, os in celum ponis, papam defunctum redarguens et fratres suos. Verum dominus tuus intrusus, qui fuit in curia Romana tempore illo et libens prece vel precio Treuerensem ecclesiam comparasset eciam contra consuetudines et pretensa privilegia, que nunc pro se allegat, experiri potuit, que fuit occasio translacionis, cum translatus tunc nec minimum denarium nec aliquod mandatum ad curiam destinasset.⁵⁾

(Z. 30, appellatum:) Ista ad concilium appellacio a provisione ecclesie tam mature facta per papam, si admitteretur, omnia iura subverterentur, nec aliqua provisio papalis umquam posset stabiliri, oporteretque aut semper esse concilium congregatum aut provisiones ecclesiarum protrahi nimis diu. 65

(Z. 39, periculum:) Ecce quomodo fatetur dominum sum cum suis complicibus clerum compellere ad prophananum, et satis mirum est, quod tot notoria flagicia quasi dissimulantur.

(Z. 46, remedio:) Verum tocius huius cause remedium esset, quod sacrum Basiliense concilium dominum Vlricum de Mandelsch. cum suis complicibus instanter requireret et moneret, quod sacris canonibus se conformarent, reatum suum agnoscerent et ad gremium ecclesie reverterentur. Quod 70 si facere vellet, eis venia et honestus status domino Vlrico promitteretur loco beneficiorum dimissorum. Sin autem, tunc, ex quo nollent audire ecclesiam, haberentur per concilium ut ethnici et publicani.⁶⁾ Indubie namque sequeretur ex hoc, quod multi nobiles, cives et plebeii, qui nunc vident concilium non solum dissimulare, sed eciam quodammodo nutare, an processus apostolici sint servandi, tunc videntes concilium assistere iusticie, aut inducerent dominum Vlricum ad obedientiam aut 75 eum desererent, prout a pluribus successive iam eciam noviter est desertus, et sic causa per dei graciā brevissime fine optimo terminaretur.

⁴⁾ Vgl. Iob. 10,1 und 10,12.

⁵⁾ Doch vgl. über Rabans mögliche Vertrauensleute an der Kurie Meuthen, Trierer Schisma 63, und oben Nr. 81 Anm. 9.

⁶⁾ Vgl. Matth. 18,17.

⟨nach 1432 Juli 14 / September 27, Rom.⟩

Nr. 137

Magister Hartungus (Molitoris von Cappel). Gegenschrift zur Supplik des Trierer Prokurator *⟨NvK⟩*.

Reinschrift: Rom, Bibl. Vat., Ottobon. lat. 2745 f. 54^{rv}.

Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 19 Nr. 23 und 135, 143f.

Rabans römischer Sachwalter Hugo Dorre wohnte in Rom im Hause des Rota-Auditors Hartung von Cappel; vgl. zu diesem Meuthen, Trierer Schisma 11. Nachdem Dorre die Supplik des NvK erhalten hatte, ließ er durch Hartung die Gegenschrift ausarbeiten, die wahrscheinlich für den engsten Beraterkreis des Papstes gedacht war. Vgl. dazu Meuthen, Trierer Schisma 19 und 143f. Das Datum ergibt sich wie bei den beiden vorhergehenden Stücken Nr. 135 und Nr. 136.